tritiōem de peccato cōmissio. vnde dicit
de petro qñ peccauit xpm negando.
petrus aut egressus fleuit amare **Pe**
tro iacobus intronittit in domum
conscientie qñ homo peccata suā plā
tat et viriliter resistit. vñ in ps. **Virili**
ter agite et confortet cor vestrū. **Se**
ptimo iohannes in domū conscientie
sumitur cum gratia diuina. qz iohes
gratia dei dicitur. et tunc talis anima
per gratiam diuinā visitatur. de quo
Iohan. in Canon. Translati sumus
de morte ad vitam per gratiam et sic
patet primū qz puella mortua resusci
tatur quando tubicines et turba tu/
p. iij.

lrs.

mulcans et pater et mater petrus et
iohannes intronittitur: et tenet dñs
manum anime peccatoris et resurgit
a mortuis. **Secunda** puella est deco
rata et per hanc notat animā virtuti
bus ornata. De qua dicitur in **Canti**
qz pulcra es et decora carissima. d ista
decora puella legitur figurā. in **Ben**
xxiij. **Cum** seru⁹ abraam venisset ad
fontem et inuenit iuxta fontem puellā
nimis pulcrā que impleuit ydriam
dicens. **Hibe** domine et camelis tuis
potum tribuam. et seruiuit pro illa se
ptem annis. Ita moraliter puella ha
buit quattuor virtutes: **Primo** erat
pulcra ideo placuit abrahe ita anima
nostra puella ad imaginem di creatā
debet habere quattuor virtutes. **Pr**
ima erat pulcra. ita anima nostra vir
tute caritatis ornata quia sicut pulcri
tudo exterior ornat corp⁹. sic caritas
ornat animam vt placeat deo. vnde
in **Canti.** **Tota** pulcra es amica mea.
Secundo hec puella fuit casta: ita de
bet esse anima nostra. **Vnde** **Sapie.**
Qz pulcra est casta generatio etc.
Tercio hec puella fuit humilis. quia
descendit ad fontem haurire aquam
ita anima nostra debet esse humilis
vt a deo accipiat gratiam. **Vñ** **Jaco.**
Deus dat humilibus gratiam super
bis resistit. **Quarto** hec puella fuit
pia. vnde ait. **Hibe** domine et came
lis tuis potum tribuam. ita anima no
stra debet esse pia et misericors peten
tibus et egenis. vt dominus ait. **Auce**
Estote misericordes sic pater vester
celestis misericors est. et sic patet secū
da puella que debet esse decorata.
Tunc dicit dominus. **Non** est mor
tua sed dormit mundum spernendo
p. iij.

Sermo

diuina contēplando vñ ait talis puella. **A**go dormio et cor meum vigilat. **T**ercia puella que est deo desponsata est aia in fide integra deo iam cōiūcta vt nihil ei placeat nisi deo adherere. de ista puella dicit **Ps.** Sponsabo te mihi in fide. **S**icut em̄ puella cū anulo sponsatur iuueni. ita anima in fide cum xp̄o. **S**icut em̄ anulus est rotundus. ita fides ip̄a debet esse sine fine cum operibus comprobata. qz dicit **Jacob.** Fides sine operib⁹ mortua est. et sicut portatur in sinistra manu in digito iuxta minimū digitū. quia ibi est vena que tangit cor. ita debet procedere fides de bono corde vt talis puella deo desponsata toto corde fidem seruet. vñ canit claustralis desponsata dño toto corde. **I**psi sum desponsata cui angeli seruiunt. cui⁹ pulcritudinem sol et luna mirantur. **D**ec autem puella deo sic desponsata non erit sola. sed debet h̄re quattuor v̄tutes quasi quattuor pedisequas quarū. **P**rima debet esse pudicitia. **P**udicitia debet esse virtus virginē dei vbiqz sequēs. **S**ecūda debet esse carnis dormitatio. **A**mbro. **A**busus p̄ timorem potus abstinentie carnē tuā domitat. **T**ercia debet esse cōstantia nam puella dyna pulcra patriarche filia voluit hincinde currere ⁊ videre vana. ideo fuit rapta et perdidit virginitatē. **Q**uarta debet esse prudentia vt om̄es suos sensus custodiat vt patet in euāgelio **Mat.** **Q**uinqz prudentes virgines vigilabant. ideo cū xp̄o regnum intrabāt. sed quinqz dormiebant. et ideo nō intrabāt sed dñs dixit eis. **A**men amen dico vobis nescio vos. ⁊ sic patet tertium qd puella

lvi.

non est mortua. sed desponsata deo. **Q**uarta puella coronata hec est aia que in eterna gloria in regno eterno coronata et in futuro iudicio est coronanda. **U**ñ ait talis aia **Ma. xxx.** quasi sp̄sam coronauit me corona. ista puella figurat p̄ puellam de qua legitur **Hester.** vbi legit qd assuerus habuit vxorem noie vaschi que fuit superba et noluit obedire mandatis regis. ideo priuauit eam corona regali et fecit inuitare omnes pulcra puellas in om̄i regno et ex eis vnā elegit et imposuit ei coronam dicens. **N**ec erit regina. **T**ercia moraliter rex celi habuit pulcram puellam in celo sed superbā qñ luciferum ad imaginem suā creauit. s; noluit obedire mandatis dei ideo priuauit eum corona glorie. vel aliter. rex celi in paraiso habuit pulcra puellam qñ animā ad suam imaginē creauit coronatam corona glorie. vt dicit **Ps.** Gloria et honore coronasti eum sed noluit obedire mandatis dei sed est transgressa mandata regis quādo pomū prohibitū comedit. ideo priuauit eum corona glorie. **T**ercia. **A**ccidit corona capitis nostri. vt nobis quia peccauimus. elegit aliam animā hūilem in hoc mundo que obedit mandatis dei et illi imponet coronam in die iudicij coram omni mūdo dicens. hec erit regina qz est puella humilis que oculis meis placuit. ⁊ ideo concludit domin⁹ noster in euāgelio. **Luc.** Qui se humiliat exaltabitur quasi puella hester in eterna gloria. et sic patet qd quarta puella est in celo iam coronata et coronanda:

Sermo
De aduentu iudicij
Sermo. lxxvi.

Tunc fugiat ad montes scz
eternitatis Mat. xxiiij. **S**i
dem? qd fm rom bois naturalis oia
det ho facere cu prudētia et discretio
ne tam de pteritis qz de pntib? r d fu
turis vt ho pvideat qd faciendū sit r
qd dimittendū seu fugiendū vt si bōa
et vtilia sint fm rom faciat r pficiat.
si vō mala tūc fugiat et caueat. **C**ū em
parua aialia fugiant nociua vt pz de
apib? que intrat flores si sentiūt ama
ros et nociuos statim euolat r fugiūt
e: in florib? sibi aptis r dulcibus diu
manēt et inde dulcedinē alliciūt. Et
ideo moyses misit duodecim explora
tores ad terrā pmissiōis vt futura pe
ricula pviderēt vt qd facere et vitare
eis opteret et qz xpc pdixit suis disci
pulis de aduentu iudicij multa futura
vt ea pdicarēt et mala pcurrentia de
nūciarent. et tūc in illis dieb? piculo
sis null? pt vt alteri? auxilio vel p
lio. qz optet qd vnusquisqz rīdeat pro
seipō. et iō saluator pmonet nos futu
ra picula pdicādo vt pz in euāgelio
Qum videritis abhominatiōez delo
lariōis antixpm i loco sancto irim stā
tem dicit se esse xpm. De quo ppheta
uit Daniel añ multa tpa q legit ista r
intelligat de antixpo et psecutiōe ma
gna. tūc qui in vā cōfessiōe et vere fi
dei firmitate sunt fugiunt ad montes
eterna cōtemplādo r que in celo sunt
solitarie vite nō descēdāt aliqd tolle
re qd ppter deū dimiserūt. et q i agro
celestis vite nō reuertat tollere tuni
cam veterū suoz peccatoz. de quib?
fecit pniam. **E**t aut pregnantibus et

lxxvi:

nutrientibus. id est de illis qui modi
ce fidei sunt quia eo citius presenten
tur in illis diebus. **Q**uare autem nūc
ne fuga vestra fiat in hieme vel sabba
to. id est tempe mortis in vltimo die
sed vt tūc securi possitis stare. **E**rit em
tunc tribulatio magna qualis vnqz
fuit ab initio mundi vsqz modo neqz
fiet postea. r nisi breuiari fuissent dies
illi quia non durabūt nisi tres annos
quia antixpc tot annis regnabit quot
christ? predicauit et hoc est in quar
tum annū. **S**i autem diu duraret ta
lis persecutio non fieret salus omnis
homo. sed propter electos breuiabū
tur dies illi vt maneat in fide. tunc si
quis vobis dixerit. **V**enite ostendā
vobis christum hic est aut illic nolite
credere. **S**urgūt enim multi prophe
te falsi et dabunt signa et prodigia ita
q in errorem multi cadant si potest fi
eri sed non fiet q electi cadent a fide.
ecce dixi vobis. **S**i ergo dixerint in
deserto est nolite credere et exire. aut
in penitralibus regum est nolite cre
dere. **S**icut enim fulgur exiit ab oriē
te r apparebit in occidente. ita erit ad
uentus filij hominis ad iudicium et
omnes electi cum eo. nam vbi corp?
ibi et aquile congregabunt. **S**tatim
autem post tribulatiōem dierum illo
rum sol obscurabitur et luna non da
bit lumen suum et stelle cadent de ce
lo et virtutes celozum mouebuntur.
Tunc apparebunt signa filij hominis
in celo sue passionis qua ostendit ci
catrices vulnerum suozum in iudicio
tunc plagent se omnes tribus terze
quia vident signum filij hominis ve
nientis in nubibus celi cum virtute
et maiestate magna et tunc mittet

Pr. iij.

Sermo

angelos suos cū tuba ⁊ voce clamantes et clangētes. **Surgite** mortui venite ad iudiciū. et congregabūt electos a quattuor ventis a summis celorum vsq; ad terminos eorū. **Ab arbore** fici discite parabolam. Cum em ramus eius tener fuerit et folia nata scitis qm̄ prope est estas. ita ⁊ vos cū videritis hec p̄dicta fieri scitote qm̄ prope est regnum dei. **Amen** dico vobis nō p̄teriet hec generatio de terra generis humani vnus nascit ali⁹ moritur donec p̄dicta omnia fiant. **Celū** et terra transibūt verba autē mea non id est potius perirent celum et terra q̄ verba dei nō essent vera et sic patz euangeliū. et istud euangeliū solet legi feria quarta post dñicam decimam post octauas penthecostes. cui⁹ officium vocat. **Dum** clamarem. quo ad thema. **Tunc** fugient ad montes. **Ex** his verbis sciendū q̄ vnusquisq; fidelis debet quattuor fugere. primo peccati incoricatiōem. scdo deceptiōem. et seductiōem mundi. tercio antiipi seductiōem: quarto p̄fusionem damnandorū. **Primo** dico q̄ vnusquisq; debet fugere peccati incoricatiōem. vnde p̄monet nos **Eccle.** et **Job.** q̄st a facie colubz fuge peccatū. Nam hō propter peccata multa mala incurrit. **Primo** a dyabolo captiuat in anima vñ ysa. conquerendo de peccatis aie dicit **Captiua** filia syon solue vinculū colli tui. et sic anima taliter captiua dicit cū p̄s. **Vines** peccatorū circū sunt me. **Qui** igit vult absolui redimat se p̄ bona opa sez misericordie. vñ dixit daniel nabuchodonosor regi. **Peccata** tua clemens redime. et p̄ opera p̄nie frangunt oīa vincula vt patz de

lvi.

manasse rege iij. **Regū.** q̄ fuit capt⁹ et in babilonem ductus: et egit p̄nias et deus misit sibi angelum et liberauit eum et constituit eum in regnū suū. **Secūdo** p̄ peccatū homo donis virtutum spoliat. vt patet **Lu.** **Descendit** homo ab hierusalem in hiericho. et incidit in latrones qui ip̄m spoliauerūt et vulnerauerūt. homo descendit ab hierusalem in hiericho et incidit in latrones qm̄ descendit de statu iusticie in statum peccati et immundicie. et tūc cadit in latrones. i. dyabolorum potestates qui ip̄m spoliant virtutibus et vulnerant in aia ysa. viij. **Vulnerati** eramus p̄pter peccata nostra. **Item** math. **Illa** die ceciderunt multi vulnerati. **Tercio** homo p̄pter peccatū maculat in anima. nam peccatū est sicut fumus nam fumus albā domū deturpat: ita et peccatū p̄sciat mundā. **Unde** propheta. **Quemadmodū** deficit fumus ita deficiāt peccatores a facie dñi. **Quarto** homo p̄ peccatū ad eternam penā obligatur. vñ ait dñs ad cayn qm̄ peccauit mortaliter. **Nonne** si bene egeris recipies: si autē male peccatū tuū in foris adest et penam pro eo recipies. male dictus sis sup̄ terram et imaledicta sit in ope tuo que suscepit sanguinē fratris tui. **Argo** q̄si a facie colubz fuge peccatum vt tūc in die mortis ⁊ in die iudicij possis fugere ad montes eternitatis auxilium a deo postulans. **Tūc** **P̄s.** **Reuau** oculos meos in mōtes vnde veniet auxilium mihi. **Saluator.** **Peccator** cōsidera in quāto p̄iculo tu es ambulās in tenebris et lumine gratie priuatus es. **Cap.** **Erraui** a via veritatis et lumen iusti/

Sermo.

cie n̄ luxit nobis. **Prover.** Ambulās in lubrico schlein des dreclis. in quā tum sequeris voluptates carnis que faciūt te proum ad peccandum. **Q** peccator age penitentiā si habitas in tenebris inuoca eum qui est lux et illuminet te et dic verbū **David.** Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte ne r̄. **U** times labi in via lubrica inuoca eum qui est via firma ut te stabilitet et dic cū **David.** Perfice gressus meos in semitis tuis. Si me tuis insultus hostium inuoca illū qui est omnipotēs et dic cū **David.** Fripe me de inimicis meis deus me⁹. et eua des oia picula. **S**cdo debemus fuge re anti xpm̄ in p̄dicatōe. **Q**uia sua p̄dicatōe p̄uertet q̄li totum mundum i deo daniel xpc̄ iesus apli et alij sancti multa de eius aduentu p̄dixerūt. **N**ā scdm̄ **Grego.** in quadā omel. Minus iacula feriunt que p̄uident et nos tolerabilius mundi mala suscipimus si p̄tra hec p̄ p̄uidentie clipeū muni amur. **I**pe em̄ d̄r anti xpc̄ quasi aduersarius xpo qui in om̄ibus est p̄trari⁹ xpo. **S**icut em̄ xpc̄ est conceptus de uirgine purissima. ita ipe cōcipietur de meretrice immundissima: et sic xpc̄ est cōceptus de spū sancto sic anti xpc̄ de spū maligno. et sicut xpc̄ de⁹ et hō ita anti xpc̄ dyabolus et homo. et sic xpc̄ natus est in nazareth ciuitate florida. ita ipe in babilonia maledicta. et cū habuerit triginta annos incipiet p̄dicare miracula facere munera dare. et penas diuersas propalare. **I**n his quattuor subiiciet sibi mūdum. ideo fugite. **P**rimo p̄ p̄dicatōem eius et suorū discipulorū quia sua p̄dicatio est euāgelij cōtraria qz vbi xpc̄ p̄dica/

Alvi.

uit hūilitatem. ipe et sui p̄dicabunt su p̄biam. et sicut xpc̄ castitatē. ita ipe luxuriam. et sicut xpc̄ p̄dicauit misericordiam. ita ipe auariciā et sic de alijs. et sicut xpc̄ dedit spūm sanctū: ita dabit ipe spūm malignū. et hec oia patent i libro **Danielis** vbi dicit. **Q**um circuit erint iniqui reuelabit et cōsurget ille unpudens homo et cū venerit abhominatio quasi nō homo et in loco scō stabit et dicet se esse deū. **I**tem **Apl̄s** ad **Thep.** Cum venerit discessio id est inobedientia a sede scz apostolica et imperio romano. ita qz nullus curat obedientiā et sic p̄uertit mūdū cum suis p̄dicatorib⁹ et suorū discipulorū. qui loquunt tantā sapiam p̄ opatōez spūs maligni qz omnis mūdus amittat. **S**cdo p̄uertit mūdū a fide per munera. **Q**uia tot⁹ mundus declinat in fine ad auariciā ita qz nullus curat animā tam clerici qz layci. ideo duces ep̄os milites et quasi totū mūdū attrahet cū pecunia dās eis magna munera sicut dicit glo. sup eplam̄ pauli. qz ois thesaurus occultus et fossus in terra a dyabolis custodit et tūc sibi et suis p̄sentabit. **S**i em̄ iam veniret t̄o meo qz multi eum sequerent. **T**ercio p̄uertit mūdū p̄ grauissima tormenta. nam faciet sibi pare oia genera tormētorū scz craticulas ferreas gladios acutos fuscinas et furios accendet et tanta p̄secutio erit ut p̄mittit euāgelium qz tale tps nunq̄ fuit neqz erit. iō breuiabuntur dies illi p̄pter electos. **Q**uarto p̄uertit mūdū p̄ maxima signa in celo in aquis in terra et i mortuis ipe et sui facient signa qz demōes sunt semp apud eos et quid qd postulant facient. et ideo tangit xpc̄ in hoc

Sermo.

euangelio sicut audistis **S**urgent falsi prophete et dabunt signa magna et multi in errorem current. Nam dyaboli intrabunt et loquentur mortui. pisces venient de aquis et loquentur verbis humanis. et hec omnia fient per demones ut homines pervertant a fide. ideo fugite secundo antixpi perversione et sic patet secundum. **T**unc fugite montes eternitatis. **T**ercio debemus fugere huius mundi deceptiones. unde promonet nos zach. dicens. **F**ilia syon que habitas intra filiam babilon fuge. **S**yon dicitur speculum et significat animam devotam ad quam ait propheta. **F**uge filiam babilonis id est deceptiones mundi. quia mundus multos decipit. ideo comparatur pantheri. **P**anther est animal habens dulcem anhelitum et pulchrum colorem. et ideo sequuntur eum animalia sed interitum est plenum veneno ideo interficit ea: **I**ta mundus est pulcher in aspectu quod qui serviunt mundo ornant se vestibus superbie ut placeant hominibus. habet mundus ut panther dulcem anhelitum quod multi appetunt delicias huius mundi comedendo et bibendo laute in mollibus dormiendo sed in extremis inficit suo veneno peccatorem et interficit. et sic talis qui in mundo gloriolus apparet tempore mortis mundus eum abijcit et spernit et oblitiscitur quod perit memoria talium cum sonitu campanarum ut patet in psalmo. **N**ota hystoria tres philosophi stabant ante alexandrum mundum sibi describentes. **P**rimus fecit circulum et scripsit ad duos fines illius circuli o o duo o. **A**lii in eodem circulo in medio scripsit bli. **T**ercius scripsit uio. **C**onvocavit autem rex omnes sapientes ut exponerent sibi hanc scripturam. tunc unus eorum ait.

lvi.

Dne mi rex hec figurat mundum istum nam omnes lettere scripte hinc et inde faciunt obliuionem. prima duo scilicet oo quod mundus cum dolore hominem emittit. et cum dolore recipit ipsum hominem quoniam nascitur. et quoniam moritur scribitur bli. quod ad ecclesiam ducit ipsum exequiando. quod sic ecclesia accipit eum ad baptismum ita accipiet eum ad exequias. b. cum baptismum liberat nos domine significat illud responsorium cantando in exequiis videlicet. **L**ibera me domine de morte eterna tunc terra facit tertium circulum et scribitur uio. quod de terra nascitur et ad terram reuertitur. **P**arentes et terra componunt omnes suas litteras et faciunt obliuionem quod tunc semper oblitiscitur a deo. ideo talis bene potest dicere istud psalmi. **O**bliuioni datus sum tanquam mortuus a corde dei amici et a corde huius mundi. **E**rgo fuge mundum et pertere ad montes eternos diuina contemplando ut in psalmo. **L**euauit oculos meos etc. **Q**uarto fugere debemus damnationem perversione et eorum damnationem. **D**e hoc ait Job. **F**ugite a facie gladii quod vlcio iniquitatis est gladius. **D**e isto gladio eterne damnationis dicitur in apocalypsi. **V**idi thronum et qui sedebat in throno. et de ore eius exiit gladius acutus. **I**ste sedens in throno est ipse veniens ad iudicium tanquam iudex strenuissimus. et gladius de ore eius est sententia damnationis cum dicit **I**te maledicti etc. et iuxta ipsum sedebant duodecim apostoli et ceteri habentes gladios in manibus iuxta illud psalmi. **E**t gladii accipites in manibus eorum ad faciendam vindictam etc. **E**rgo fugite nunc peccata et munimenta antixpi. fugite huius mundi blandimenta decipientia ut tunc in illo die amara possitis

Sermo.

fugere damnatorum picula et cum christo et electis eternaliter exultare in gloria. ergo ad thema: **D**unc fugiunt ad montes eterna contemplan-do deum sine fine laudantes.

In dedicatione.

Sermo. lxxij.

Dicens ab ecclesia ire et ibidem bonam missam audire. sed iudicio debet habere. **P**rimo debet ire cum reuerentia et humilitate quia non magis acceptus est superbus spiritualiter in templo et in ecclesia quam lucifer in celo. **I**dem dominus qui luciferum eiecit de celo habet sedem in templo sancto suo. **U**nus dominus in sancto templo suo. dominus in celo sedes eius. **S**cribit enim in canone extra de emunitate ecclesiarum. quod ad ecclesias debet esse humilis ingressus domus templi est domus humilis et ideo non potest sustinere accessum et ingressum superbiorum teste. **P**salmus. qui dicit. **N**on habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. **D**ebet ergo homo cogitare in via qua vadit ad ecclesiam. **E**cce tu vadis ad conspectum illius ad quem ascendit moyses in alto monte synai et intantum tremuit populus qui mansit inferius quia non audebat appropinquare monti. **E**tiam tu qui vadis in conspectu illius in cuius conspectu tremuit omnes principes et potestates celi. cuius minister est maior quam maximus princeps mundi. **H**abe ergo reuerentiam et humiliter et non ascendas ad altiora loca templi quia sicut solus moyses ascendit ad montem synai sic tantum sacerdos habet ascendere ad altitudinem templi et non alius sicut **J**ohannes ba-

lxxij.

ptista ait se indignum ad soluendum calciamentorum eius. **I**ustum est ut peccator maneat a longe stare cum publicano. vel si volueris alteri ascendere et reputare te dignum altiori gradu tibi posset contingere quod contingit lucifero qui propter suam superbiam quam voluit simul sedere cum altissimo trusus est in infernum de summo celo. et tamen de prima conditione volenti ab ecclesia ire et bonam missam audire. **S**ecundo debet ire cum proposito confitendi peccata sua si qua habeat antequam introeat ecclesiam quia si non decet apparere in conspectu hominum de mane qui primo lauet seipsum ab oculis eius. multo minus decet aliquem apparere in conspectu dei nisi corde mundus est. iuxta illud **Matthaeus**. **B**eati mundi corde quomodo ipsi videbunt deum in celo. **E**xemplum legit de quodam inueterato peccatore cum missam audiret eucharistiam videre non poterat et cum amici sui dicerent hoc corrigere rationem suorum peccatorum fecit confessionem et sic altera die vidit eucharistiam clare: sed quia ipse deputavit hoc magis caligini oculorum contigisse quam peccato itaque peccauit et tunc cum rediret ad ecclesiam non vidit eucharistiam. tunc dixit: **I**am vere perpendo quod confessio purificat oculos ad videndum deum. et facta confessio vera clarius vidit quam antequam hoc fecisset unquam videre poterat. hec de illo. **N**umquam enim homo eadem causa vadit ad ecclesiam videre deum suum et audire missam et sic particeps sacramenti et gratie que sacerdos ibi de sacramento credit recipere decet ut audiens missam sit sine peccato sicut qui celebrat. **N**unc est quod non solum sacerdos celebraturus dicit pro se ante altare verum etiam minister quia ille representat personam

Sermo

oim audientiu missam Quicūq; ergo
nouerit se grauatum aliquo mortali
peccato nullo modo debet recipere
osculum pacis qz illud significat par
ticipatiōem sacramēti. sed qz nemo p̄t
esse particeps sacramēti vel alterius
gratie qui est in mortali peccato. ido
nō est dignus recipere osculū pacis qz
habet mortale peccatū ⁊ maxime qui
odium habet in corde et qui p̄medit
et bibit inordinate. et t̄m de sc̄da p̄di
tiōe necessaria volenti ad ecciam ire
et audire missam sc̄z vt vadat cū pro
posito cōfiteudi. **Tercio** debet ire cū
magno timore p̄pter peccata sua ma
le cōfessa vel omnino incōfessa qz va
dit ad illum iustum et terribilem iudi
cem qui in nouissimo die peccatores
dabit dyabolo et socijs eius **Dum** le
git in tercio dyalo. **Bregio.** qz quidā
nobilis peccauit cū quadam puella ⁊
postea intraret ecciam respexit hinc/
inde p̄re timore sicubi dyabol⁹ veni
ret et raperet eum de medio sed quia
eualit tūc et exiit ecciam. ⁊ tercio die
p̄re gaudio veniēs min⁹ timuit quar
to die adhuc minus et peccatū parū
ponderauit. septimo die cū veniret ⁊
p̄ctm obliuioni tradidisset intrauit tē
plum sanctum sine omni timore et sic
subito cadens mortu⁹ est. et ergo hic
patet q̄nte v̄tutis sit timor dñi. q̄z diu
iste homo timuit et timore ecciam in
trauit saluus exiit. **Est** em̄ templum
dñi tanq̄z domus ciuū sup̄noz vbi
iustus iudex sedet cum om̄ibus cōsu
libus suis parat⁹ facere iudiciū omni
bus adueniētib⁹. p̄pter qd̄ fatue agit
peccator qui illuc sine timore vadit
seu qui respicit iudicem sine timore
vñ suadent doctores theologi qz qui

lxvij

cunq; grauatus peccato mortali dēt
videre sacramentū quasi subito et sta
tim deprimere oculos suos cognoscē
do illum esse iudicem quē sepe offen
dit. et sic fatue agit qui ecciam intrat
sine timore. sic sapienter agit qz talis
nō diu maneat ne iudicem puocet ad
vindictā faciendā. **Unde** legit qz qui
dam occidit virū in platea et quesuit
refugium in eccia plus timens hoīem
q̄z deum: nō diu mansit qz manere nō
potuit sed exiit et ad mortem iuit. et
cum argueret de amicis cur nō man
sisset in eccia. ip̄e r̄ndit. **Dauid** tūc
eccie videbat mibi tantū sub pedib⁹
ardere qz nullo modo poterā sustine
re. et t̄m de tercia cōditiōe necessaria
volenti ad ecciam ire et ibidem bonā
missam audire sc̄z vt vadat cum ma
gno timore p̄pter peccata sua. **Quar**
to debet ire cū silentio ab inutili con
fabulatiōe et respicere ante se non cir
cumquaq; si aliquis occurrerit qui ei
loqui voluerit breuiter respondeat ⁊
signum crucis faciat qz sepe p̄tigit qz
dyabolus misit nuncios suos ad ad
uertēdū illos qui vadunt ad ecciam
vel ad cōfabulandū in via et in eccia
Quam legit qz quedā mulier de spera
ta p̄pter diuitias quas amisitambu
labat loca deserta. et dyabolus occur
rens dixit ei. **Si** facere vis qd̄ iubeo
diuitias et honores tibi dabo. r̄ndit
mulier. **Fac** qd̄ dicis et faciam qd̄ exi
gis. r̄ndit dyabolus. **Qu** vades ad ec
clesiam vacabisq; salutatiōibus collo
cunōibus et inquisitiōibus parentū
et vtensilium domoz tam in via q̄z in
ecclesia et sic retrahas et ipedias mil
fas audire volentes ab oratiōibus et
deuotiōib⁹: r̄ndit mulier illa. libēter

Sermo.

et bene faciam qz hoc scio et soleo sp.
et statim portauit ei dyabolus, abun-
dantiam bonoz tempaliu. ita taliter
impediuit orantes et ad ecciam eun/
tes qz multos duxit ad alias vias et
querit a v. dendo sacramentu. et cu
diu hoc p. muasset surrexit quedā tē/
peftas vna diez tempe misse et venit
ictus fulguris et tonitruu et percussit
mulierem illā solam et nō aliud ita qz
nō solum mozeret verū etiam incine-
ret. et nihil remaneret ex ea nisi ve-
stimenta. hec de illa. **P**atet ergo qnti-
picali sit aliquē impedire ab orōne et
introitu eccie. **R**euera dyabolicum
opus est et dyabolica merces inde ex-
pectanda est. **S**apienter agūt q eun/
do ad ecciam salutariōib⁹ aures non
accomodat et tm̄ de quarta p̄ditōe
necessaria volenti ad ecciam ire et bo-
nam missam audire vt scz vadat cum
silentio ab inutili confabulatiōe. **Q**ui
to debet venire cū regalibus muneri-
bus qz vadit ad curiā magni regis q
dixit: **N**ō apparebis in cōspectu meo
vacuus. **C**um em̄ xpianus in altari in-
uenerit eundē puez que tres magi in-
uenerūt in p̄sepio. dignū est vt ipe ita
veniat ad ecciam sicut illi uenerūt ad
bethleem cū munerib⁹ regalib⁹ si sal-
tem habet. **Q**ui aut nō habz munera
regalia dico digna illis satisfaciet bōa
voluntate scz qz vellet libenter porta-
re munera regalia si haberet et sepe ac-
ceptiores sunt deo cū veniūt ad eccle-
siam qz qui magna portant. **G**regori⁹
dicit: **N**ihil deo ditius offertur bona
voluntate hec ille. **Q**ui aut satis hēt
debet recognoscere et suis munerib⁹
ostendere qz illum credit deū suum et
dñm que sacerdos tractat et ostendit

Levij.

oculis hoim. et nō solum debet hoc re-
cognoscere oblatiōe rerū suaz. verū
etiā sup̄ius qz dignū est vt illi om̄ia
offeramus qd sum⁹ et qd habemus et
eo magis dignū qz ipe de⁹ nobis viā
obtulit et seipm. **S**pecialiter aut dñe
illi venire cū muneribus dandis mi-
seris et paupibus qui libenter exaudi-
rent in suis oratiōibus. qz etiā ipe ad-
mittit et multis annis admisit vt pau-
peres iaceant ad fores eccie clamātes
et mendicātes subsidū elemosine qua-
tenus p hoc introcuntibus insinuet.
Si vultis clamorē vestre oratiōis ex-
audiri in templo audite et vos clamo-
rem paupē ante templū. **P**rouer.
xxi. **Q**ui obturat aurē suā ad clamo-
rem paupis ipe clamabit et nō exaudi-
etur. hec ibi. tm̄ de quinta p̄ditōe ne-
cessaria volēti ad ecciam ire et bonam
missam audire scz vt vadat cū regali-
bus munerib⁹ et plenis manib⁹ sibi.
Sexto debet ire corde puro et ocioso
nihil cogitando nisi de dō que querit
in templo. **U**nde legit de quadē mu-
liere villana q remote habitabat ab
eccia qz semp iuit qñcumqz campanā
audiuit pulsari ad ecciam pro missa et
qñ redibat piccit ad cistam suā fabam
vnā p foramen. **A**nno vō circūvolu-
to rogauit deū intime vt sibi reuela-
ret quot misse de omnibus essent sibi
grate. et dicto verbo aperuit cistam
et inuenit tm̄ vnā fabam tūc ingemi-
scens cepit flere amarissime dices. **O**
pie dñe qua de causa pōt esse qz tm̄ la-
bozem p̄iderim qz nullū die p̄termi-
si qñ audiui campanā missalem quin
perzei ad ecciam in plauia in tempe-
state in niue et grandine et audiui mis-
sam et iam tm̄ fabam vnā inuenio qñ

Sermo.

tū vna missa tibi sit accepta de toto anno. et postq̄ diu flexisset coram dō et etiam conquesa fuisset casum suū hominibus vicinis cum quib⁹ ire solebat. cōtigit cum sic irent vt obuiam haberent sacerdotem quendā et dixerūt vicine mulieres ad illum sacerdotem. **Dñe** consolamini istam mulierē qz tristata est nimium: quesuit sacerdos quid obesset illi: et dixerūt ei casum qui cōtigit: tūc sacerdos intulit. **Nō** videt mibi extraneum qz p̄ditis omnē laborem vestrū qz confertis in via de vaccis et pecudib⁹ vestris. cū igit deo nō intenditis nec ip̄e intendit vobis. si bonas missas velitis audire deberetis corda vestra euacuare de omnibus que in mūdo habetis agere et nihil cogitare nisi de dō que adoratis in templo. sed dicatis mibi inq̄t **Quot** fabule sunt reperte in cista. respōderūt. **Una** tū. at ille. **Tūc** amplius contristandū non est qz vna missa de omnib⁹ est deo grata: **Dico** qz remissa sunt ei oia peccata qz ideo missa quotidie fit in qua dō patri filius su⁹ imolatur vt peccatū mūdi tollatur.

Sermo alius. lxxviiij.

Trans ecciam ad audiendum bonā missam. **S**ibi sibi se p̄dicōes debes habere. **P**rimo cū intraueris signo crucis te benedicas crucem aspicias ⁊ primas orōnes coram cruce facias dicens sicut docuit beatus franciscus **Ad** oram⁹ te xpc̄ rē **Regis** de quodā viro fideli qui cum esset mortuus apparuit suo sacerdoti fideliter pro ip̄o oranti gr̄as agens ⁊ saluatū se dicens **Cum** sacerdos eum

lxxviiij

interrogaret qd̄ in vita sua egisset qz deo placuisset respondit. **Qu**ncunqz volui ad ecciam ire signū crucis feci ante me anteqz exirem domū et eum dō dixi oratiōem domnicā rogando deū vt faceret me dignum intrare domum suā et postqz veneram ad ecciam processi ad crucem di. quinqz p̄ noster ad honorē quinqz vulnez xpi et post q̄libet pater noster adieci peticionem illam primo dixi. **Dñe** hic sto ante te tanqz mendic⁹ ante diuicē petens vt tue gratie mibi pro modulo velis participare. secdo dixi. **Dñe** hic sto ante te vt seruus ante dominū petens cibum et potū corpis et sanguis tui et vestem caritatis que operit multitudinē peccatorū. tercio dixi. **Ecce** hic sto ante te vt reus ante iudicē terribilem petens vt mibi esse velis iudex pius qm̄ separabit anima a corpe meo. quarto dixi. **Dñe** hic sto ante te sicut amicus ante amicū petēs vt caritas tua eximia trahat me ad te vt liget me in te et nō permittat me vnqz separari a te. quinto dixi. **Dñe** hic sto ante sicut filius ante patrē petens te vt paternam hereditatē finaliter nō velis mibi denegare ecce ait ille: **Ita** veni ⁊ intraui ecciam ita dixi oratiōes meā et ita veni ad gratiā. hoc quoqz dicens enauit. et tū de prima conditione vt ille ad ecciam intrantis scz vt signo crucis se muniat. **Secdo** cū introierit collocet se ad locum secretū ⁊ re colligat omnes sensus suos dispersos vt soli deo vacet in suis oratiōibus ⁊ meditationibus. **Terū.** **Cum** ad orandum ecciam intraueris fluctuantium cogitationū relinque tumultū. cure exteriorum oim̄ obliuiscere vt possis

Sermo.

soli deo vacare. **F**ieri enim non potest ut cum deo aliquando loquatur qui cum toto mundo fabulatur. **I**ntende ergo illi qui intendit tibi. audi illum loquentem tibi. ut ipse exaudiat te loquentem sibi. **H**ec ille **A**ms. secreta et silenter debet bonus homo orare et deo vacare ut nullus impediat qui in latere suo collocat. et maxime ne faciat tale secretum quo sacerdos in missa commoueat. **R**egitur de quodam sacerdote qui in quadam missa liberauit de purgatorio animas nonagintanovem et cum interrogaret quare numerus centenarius non probatur. **R**espondit. **H**oc contigit propter maledictam ianua que aperiebatur et ad parietem perhibebatur quia tunc a memoria eiectus sui et a rapta reuocatus sui et quia redire non potuit ad eandem memoriam propterea numerus mansit incompletus. **E**t isto videtur sequi quod illi valde peccant qui transeunt faciant per ecclesiam et fragorem quodammodo commouent per rumores et clamores quos exercent quia magnam salutem animarum impediunt. **E**tiam vident grauer peccare alij qui sic non transeunt sed sedent in loco apto ut videantur a transeuntibus et econuerso ipsi videant transeuntes quia per eorum aspectus trahunt corda aliorum ad se ita quod corda talium plus occupant cum hominibus quos vident quam cum deo. et tamen de secunda condicione vtili ad ecclesiam intransiens se ut se collocet ad aliquem locum secretum et colliget omnes sensus suos disponens se ad dominum deum. **T**ercio postquam homo sensus suos dispersos sic colligerit dirigat eos ad passionem christi. quia notabiliter passio christi representatur in missa et

Arviii

hoc diuersimode. **A**ltare enim cui sacerdos fixus stat significat crucem ad quam christus fixus erat et in signum huius sacerdos stat aliquando expansis et eleuatis manibus ad representandum extensionem brachiorum christi in cruce. **C**alix super altare significat effusionem sanguinis christi in cruce. **V**estes significant vestes quibus christus in sua passione decoratus est. **A**micta super caput significat fasciam lineam qua iudei ligabant oculos christi in nocte captiuitatis sue et percutiebant caput ipsius dicentes. **P**ropheta nobis christe quis est qui te percussit. et in signum huius quoniam se incipit in uere debet primo amictum in oculis suis reprimere ad designandum obtentionem oculorum christi. **V**estis alba et longa significat illam vestem albam quam christus illulus fuit ab herode. **S**tola quam sacerdos habet in collo significat sanam quo christus ligabatur ad columnam dum flagellabatur quia in illo fune collum eius ligabatur et totum corpus cum pedibus. **M**anipulus significat funem quo manus ligabantur. **C**asula significat purpureum vestimentum quo induebatur post flagellationem. **C**um ergo hec representantur in missa merito debet bonus homo compassione moueri dum est in missa et videt et considerat hec omnia immo staret anima quasi staret in monte caluarie. et videret omnia que ibi contigerunt in feria sexta parasceues. **E**t quia mors christi facta est pro peccatis nostris ideo quis debet ter percutere pectus suam quando audit sacerdotem clamantem. **N**obis quoque peccatoribus ut ostendat se dolere pro peccatis suis propter que filius dei tam miserabiliter mori habuit de peccatis que ipse

Sermo.

facie tripliciter in corde suo scilicet p
cogitationem delectationem et consen
sum. et tantum de conditione tercia
vtili. Quarto debet homo audiens
missam vel stare vel genua flectere nū
q̄ sedere nisi quando legitur epistola
et graduale canitur et quando infra
missam p̄dicatur. nunq̄ debet ire seu
deambulare nisi finita missa quando
sacerdos dicit. **Ite missa est.** Signā
ter debet stare dum legitur euangeli
um verso vultu ad euangelium ad
designandum q̄ xpianus debet esse
paratus ad defendendum euangelium
et fidem christi quando cumq̄ fuerit
oportunum genua quoq̄ flectere de
bet. quando in credo dicitur. homo
factus est ad honorem illius qui de
summo celo descendit et in hunc mū
dum inferiorē venit. **Maxime qui**
uis flectet genua sua in elevatione sa
cramenti et vertet se cum facie et toto
corpore versus altare. Unde legitur
de quodam sacerdote dum legeret
missam de beata virgine que sic inci
pit. **Salve sancta parens. rē.** Et ip̄e
corpus leuasset vidit hostiam cōuer
sam in puerum pulcherrimū et beatam
virginem in dextera parte altaris fle
xis genibus et gabrielem in alia par
te adorans et dicens: **Hic est qui ce
lum terramq̄ regit in secula seculorū.**
Hec tibi. Cum ergo celi domina flexit
sua genua immerito dimittit purus
homo in hac miseria q̄ non flectat ge
nua sua q̄n̄ adorat christi sacramenta
quia ip̄e idem est qui fecit celum ⁊ ter
ram in secula ip̄e primus et nouissim⁹
Aug⁹: in quodam sermone **Quis nō**
adorat primū et nouissimum qua si di
ceret: nemo audet hoc dimittere re/

le viij

uera nemo audet nisi homo dyabol⁹
nōn audet dimittere q̄n̄ nolam sacra
menti audit. qui genua sua flectat. **Si**
que habet vt sepe legitur in miracu
lis de corpore christi. sed miser homo
pre nimia superbia q̄n̄ videt corpus
christi audet dimittere q̄ non flectat
genua sua. sed quid ex hoc reuera q̄
homo peior est dyabolo quia minus
honorat deum q̄ dyabolus et tantū
de quarto. **Quinto** debet homo au
diens missam se custodire ab omni col
loquio. vel si necessarium habet loq̄
loquatur breuiter et summissē. vel ex
eat ecclesiam quia diurnum colloqui
um in ecclesia vt in pluribus sic ex in
stigatiōe dyabolica et perditur omnis
gratia que impetranda esset in missa.
Exemplum legitur in quodam sacer
dote quomodo dixit matri sue. **Lum**
sis in breui mortura mater carissima.
prout intellexi ex reuelatione diuina
vade ⁊ audi missam pro salute anime
tue. respondit mater. **Fili mi** carissime
plures missas audiui ad honorem di
tunc sacerdos dixit matri sue. **Scio**
mater q̄ nunq̄ vnā missam audisti
sed confabulatiōibus et salutatiōibus
semper occupata fuisti sic tempus ta
le perdidisti. propterea suadeo si vis
missam tibi valere nemini loquaris.
neq̄ respondeas. sed dicas tuum pa
ter noster deuotius quo potes respō
dit mater. **Si** salutatiōibus et allocu
tiōibus non responderem dicerent
homines me esse superbam. respondit
filius. **De** cures de hominibus sed de
anima tua. **Factum** est autem cū ma
ter audiret missam cum silentio vidit
busonem sedētem sup scapulas suas
p̄terea ip̄a territa orare non potuit.

Sermo

et ideo gaudere debent omnes qui se
 in hoc aduentu affixerunt vigilijs ie
 iunjs et orationib⁹. quia si hunc pue
 rum offenderunt ipm placant per ro
 sam sue penitentie hodie ei ostense. **Q**
 quale gaudium beatissima dei genitrix
 habuit i natiuitate sui dilectissimi filij.
 vñ legitur q^d z mero gaudio eū plus
 q̄ centies in hac sacra nocte de oscu
 lata fuit. de presepio eū accepit z itez
 in presepe posuit dicens s̄m **Ambro.**
Tu es deus meus tu es creator me⁹
et tu es dilectissim⁹ filius me⁹. z his
 dictis reposuit eū in presepe. **Q̄s de/**
lectabile est hodie tractare de illo dul
ci et benedicto puero qui vbiunq³
duo colloquuntur d̄ eo semper vult
esse eoz tercius. Unde legitur exem/
plum q^d fuerūt due iuencule in quo
dam claustro m̄scum sociales que in
hac sacra nocte intrauerūt quandam
desertam domum illius claustrī post
pmam missam portantes secum tres
cussinos vt in eis collocationē habe
rent de isto puero iesu donec pulsare
tur ad secundā missam. Querebat at
vna illarum quare duos cussinos ha
beret z ipa tantū vnū. respondit alia
Ego vnū illoz ponam in medio ut
puer iesus desuper sedeat quia ip̄e di
cit. Vbi duo vl tres gregati sunt in
nomine meo ibi sum ego in medio eo
rum vt dicit **Euāgelista. Quid plura**
ip̄e iuencule due sederunt in iocundi
tate magna talis collationis a festo
natiuitatis xpi vsq³ ad festū natiuita
tis sancti iohānis baptiste nō putan
tes interim spaciū duaz horaz fuisse.
Abbatissa vero et alie moniales erāt
multū p̄errite ignorātes vbi he due
virgines remanissent **Contigit autē**

Lxiij

q^d in vigilia iohānis baptiste quidam
 bubulcus claustrum gambularet z a
 casu ante hanc desertam domū venit
 in qua vidit has duas puellas in ma
 gno gaudio positas p̄ditalq³ tandiu
 viditq³ in earū medio quendā pulc^r
 puulum positum super cussinū qui
 tacens statim indicauit abbatisse que
 secuta bubulcū vsq³ ad domum illā
 vidit hunc dilectum puerū quasi lu/
 dentem cū eis. **Tuncq³ p̄e rubore ab**
batissam interrogarent vtrum pulsa
tum esset ad secundā missam nihil ali
ud putantes q̄ per breue spaciū se
fuisse illic respondit abbatissa conside
rans eoz simplicitatē **Filie carissi/**
me cito pulsabitur ad secundam mis
sam: sed vbi dimisistis puez qui inter
vos confederat: cui ille cum iuramē
to dixerunt se nullum puerū in eozū
plorcio vidisse. quibus illa ait. **Soro**
res mee nolite expauescere. **Vtiq³ in**
vestro cōsortio fuit puer iesus quem
vos nō vidistis licet ego vidi q̄ vos
pseruauit in tali gaudio a nocte nati
uitatis christi vsq³ ad vigiliam natiui
tatis iohānis baptiste et eas eū sum
ma reuerentia vsq³ in mediū aliarum
sorozum duxit z omnia que vidit ce
teris enarrauit. **Agitur fratres carissi**
mi quotienscunq³ audierimus verbū
propositum scilicet paruulus natus
est nobis letari debemus eo q^d ipse p
nobis nasci voluit vt sua natiuitate
reduceret nos ad terrā promissionis
que est regnum celozum. **Ad quam**
nos perducatur.

In circumsione domini]
Sermo. Lxiij.

q. ij.

122

[91 = Bl. 121 fehlt]

Sermo

Quoties impleti sunt dies octo
vt circumcideretur puer zc
Luce. ij. In hoc euangelio
duo breuiter sunt notanda. pmo qua
re xpc voluit circumcidi. secudo que
utilitas pueniat homini ex hoc nomi
ne. **P**rimo dicendum est qd xpc volu
it circumcidi propter sex causas. **P**ri
mo vt impleret pceptum veteris te/
stamenti quod erat tale vt omnis ma
sculus octauo die circumcideretur sz
quia xpc non venit soluere legem sed
adimplere ideo voluit circumcidi. qz
alias iudei potuissent dixisse qd ipse eet
legis transgressor. **S**ecundo vt ipse le
gem psonaliter approbaret qua moy
ses dedit. qa si xpc in circumcisis man
sisset iudei potuissent dixisse qd ipse eo
rum patribus dedisset legem qua pso
naliter non approbaret. 7 ergo xpus
hodie voluit circumcidi. **T**ercio vt
ostenderet iudeis se verum corpus
assumpsisse 7 non fantasticum **S**i em
christus in circumcisis mansisset 7 san
guinem non sudisset iudei potuissent
dixisse qd ipse corpus fantasticu assu
misset qd sanguinem non posset emit
tere. 7 vt xpc errorem hunc remove
ret circumcidi voluit. **Q**uarto xpus
circumcidi voluit ratione iudeorum
quia si in circumcisis mansisset iudei
potuissent dixisse qd xpc esset dissimil
coru patribus 7 ob hanc causam xpc
circumcidi voluit ne iudei p hoc po
tuissent se excusare 7 ei phibere ne eo
rum synagogam intraret. **Q**uinto ipse
voluit circumcidi ratioe dyaboli scz
vt sic dyabolo eclaret misteriu incar
nationis iesu christi quia circumcisio
tantum valet sicut modo baptismus
id est qd iudei per circumcisione libe

Li

rabantur ab originali peccato quod
modo abluitur in baptismo. excellit
tamen baptismus circumcisionem in
vno quia homo per baptismum po
test peruenire ad regnum celozu qd
nulli concessum erat p circumcisione
ideo xpc voluit circumcidi quia si in
circumcisis p mansisset tunc dybolo
ex hoc costaret qd ipse natus esset qui
eum depredaret. **S**exto ratione no
stri et hoc dupliciter. **P**rimo nostra
ifirmitas erat tam ignominiosa qd cu
rari non potuit nisi prius essent bal
neati reguli sanguine. ideo ipse motus
misericordia fraterne dilectionis vi
dens qd aliud non possemus habere
remedium ipse hodie pro nobis emi
sit sanguinem suum vt in eo balnea
ti mundaremur ab omnibus inqui
nametis. **S**ecundo quia omnis chri
sti actio est nostra istructio ergo chri
stus circumcidi voluit vt ipse nos do
ceret in hoc qd nos circumcideremus
spiritualiter omnia membra nostra
causa dei et pro salute animarum no
strarum. ideo primo debemus cir
cumcidere oculos nostros ne vide
ant quod sit illicitum nec concupiscat.
Marhei. v. **A**mnis qui viderit muli
erem zc. **E**t sicut peccatum est inspi
cere mulierem ad concupiscendum
eam. sic etiam peccatum est qd mulier
se ornatam ostendit vt concupisca
tur quia particeps est omnium pecca
torum que inde proueniunt. nam a
gens et consentiens pari pena puni
untur. **S**ecundo debemus circumci
dere nostrum os ab omnibus verbis
nocuis et ociosis qd si non fecerim
sine dubio in die iudicii d illis redde
mus rationem coram summo iudice.

Matth. 5. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines etc. Item in circumcissione oris tria sunt attendenda. Primo ut homo in ore suo habeat pauca verba. quia etiam in multiloquio deest sapientia. Secundo ut verba que profert aliquis sint vera quia dicitur Sapientia. Os quod mentitur occidit animam. Tertio ut illa verba que profert aliquis sine velia scilicet ut quodcumque homo loquitur sit in laudem dei et salutem anime. quia quando homo verbis suis non potest prodesse tunc iubetur silesce. Tertio debemus circumcidere cor nostrum ab omnibus malis et pueris cogitationibus que hominem a deo separant. Quarto debemus circumcidere manus nostras ne per eas attrahamus nobis illicita per usuram furtum vel rapinam adquisita quia secundum Augustinum Peccatum non dimittitur nisi ablatum restituatur. Quinto debemus circumcidere pedes nostros de omnibus illicitis gressibus scilicet chorilationum taxillationum adulterij etc. et persequens omnia alia membra circumcidere debemus per que detrimentum anime pati possumus in die iudicij. non tantum hec membra circumcidere debemus sed etiam abscindere et a nobis proicere debemus: unde in euangelio Matth. xvij. Si scandalizauerit te pes tuus abscide eum et proice abste. quia melius est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum quam duas manus habentem etc. et ideo ipse voluit circumcidi corporaliter ut nos in omnibus membris nostris circumcidamus nos spiritualiter. et in signum huius ut simus memores passionis domini nostri iesu christi. Quare dixi verbum

positum scilicet Postquam impleti sunt dies octo. Item debemus scire quod ipse pro nobis suum sanguinem quinquaginta / cubus fudit. Primo hodierna die in circumcissione. Secundo in oratio quando adoravit patrem suum celestem dicens pater si possibile est etc. et sic ex nimio terrore factus est sudor tanquam gutte sanguinis in terram decurrentis. Tertio in flagellatione quia ipse erat a iudeis ad columnam ligatus. in qua erat tamen flagellatus quod acies acus effigiei iam corporis non potuit supponi. Quarto in afflictione crucis in qua corpus suum ita erat extensum quod omnes eius veneere erant dirupte. Ps. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Quinto in lateris percussione de qua exiit sanguis et aqua in remissionem omnium peccatorum in signum huius presuliter in missa vertit se quinquages ad populum ut eum inciteret ad memoriam dominice passionis ut scilicet homo suo creatori regratietur de tali beneficio. Secundo notandum quod homini puenit multiplex utilitas ex vocabulo huius nominis iesus. Primo quia hoc nomen fortificat nos in nostris tribulationibus et aduersis. de hoc habet exemplum in legenda Ignacij ubi legitur quod cum imperator traianus eum plumbatis cedi iussit. latera eius contulisset. nec non ambulare eum fecisset super prunas ignacius in tot tormentis nunquam cessavit ob inuocatione huius dulcissimi nominis a quo tortores mirati interrogauerunt eum cur totiens replicaret hoc nomen iesus. quibus ait hoc nomen scriptum est in corde meo et ergo ab eius inuocatione nequeo cessare. quia prestat mihi refrigerium in meis grauissimis tormentis.

.q. .liij.

Tertio Joannis

Sermo

¶ Nunq̄ igitur ignacius obiret. torto-
 res memores sunt verbi illius et cor
 eius euellerūt ⁊ scandentes p̄ mediū
 inuenerūt in eo aureis litteris scrip-
 tum hoc dulce nomen iesus. **¶** Und̄ et
 hoc plurimi crediderūt. **¶** Secūdo p̄ hoc
 dulce nomen cecis datum est lumen
 ⁊ claudis gressus. vtz in actibus apo-
 stolorū vbi legit̄ quia cū claud⁹ qui-
 dam in hierusalē peteret ecclesiam ab
 introitib⁹ in templū contigit petrū
 et iohem ibi ascendere. qui cū ab eis
 aliquid peteret. respōdit petrus. **¶** Tu-
 rum et argentū non est meū qd̄ autē
 habeo tibi do. in noie dñi nostri iesu
 xpi surge ⁊ ambula. q̄ p̄tinuo surrexit
 sanus et ambulauit. **¶** Tercio hoc dul-
 ce nomen iesus liberat hoīem a pecca-
 tis qz iesus dicit. nam p̄ illud nomen ac-
 cepimus remissionem peccōz. **¶** Aug⁹.
¶ Quid est iesus nisi saluator. ergo bo-
 ne iesu p̄pter seipm̄ esto mihi iesus. i.
 saluator. **¶** Noli dñe sic accēdere ad ma-
 lum meū vt obliuiscaris bonum tuū.
¶ Quarto ⁊ vltimo hoc nomē iesus ad-
 iuuat hoīem p̄tra insult⁹ demonum.
 de virtute hui⁹ melliflui nomis dicit
 petrus raueneſi. hoc nomen iesus de-
 dit cecis visum. claudis gressum. mu-
 nis sermonem. ⁊ mortuis vitam totā
 qz p̄tatem dyaboli virtus huius dul-
 cissimi nois effugauit de obsessis cor-
 poribus. q̄ autē hoc nomē benedictū
 iesus adiuuat hominē p̄tra insultos
 demonū hoc patz. **¶** Templū legit̄ cū
 beatus patrici⁹ p̄dicar⁹ p̄ yberniā roga-
 uit dñm vt oñderet aliqd̄ signū p̄ qd̄
 homies territi agerent p̄niam ⁊ certe
 apuit puteus maxim⁹. **¶** Reuelatū est
 ei q̄ ibi esset locus purgatorij. in quē
 si aliquis descēdere vellet p̄ peccatis

¶

suis alia sibi nō restaret pena. **¶** Quod au-
 dientes multi ingrediebāt q̄ nunq̄
 sunt reuersi. **¶** Erat ibi q̄dam nobilis no-
 mine nicola⁹: q̄ in hūc puteū descēde-
 re voluit p̄pter multitudinē peccōz su-
 orū ne in aliū veniret locū tormētoz.
¶ Ecce hic inuenit in via qd̄dam orato-
 riū albis monachis repletū q̄ dixerūt ē
¶ Esto p̄stans qz multa tēpamēta susti-
 nebis. ⁊ ergo quociēscūqz senseris te
 afflictum. primus clama. **¶** Adiuua me
 dñe iesu xpe ⁊ miserere mei. ⁊ statim
 adiuuabit. **¶** Nunq̄ ab eis p̄cessisset su-
 bito demones tanq̄ bestie sibi occur-
 rerunt mugicētes p̄tra eū. **¶** Cum sic ait
¶ Adiuua me dñe iesu xpe et miserere
 mei. et sic euasit a bestijs. **¶** Abinde autē
 p̄grediens vidit magnū ignē. in quē
 cū ip̄e p̄ demones p̄iect⁹ fuisset subi-
 to clamauit. ⁊ statim ignis extinct⁹ est
 p̄cedens vltra vidit p̄fundū puteum
 de quo eruiit fum⁹ sulphureus ⁊ cla-
 mor maxim⁹. in quē cū ip̄e p̄iectus fu-
 isset clamauit vt supra ⁊ statim libera-
 tus est. **¶** Tandē vidit quendā strictum
 pontē sub quo fluuius curzebat igne-
 us. quē cū transire deberet. a demoni-
 bus est in eo tractus p̄ pedes. quare
 statim clamauit. ⁊ sic p̄ auxiliū hui⁹ be-
 nedicti nois vltra pontē puenit vsqz
 ad quendā campum mira a suauitate
 florum decoratum. viditqz i eo duos
 iuuenes albis vestitos q̄ eū dixerūt
 in quondam ciuitatem quam paradī-
 sum dixerunt **¶** Iste autem nicolaus re-
 diens ad vitam post spatium triginta
 dierum peracta penitentiā. per hoc
 benedictum nomen iesus in paradīsum
 puenit. **¶** Ad quod nos zc.